

Beneficium habens primo, si literas super alio obtinendo impetret, non valent, nisi de primo mentionem faciant, *c. postulasti. de rescript.*  
 Beneficium male dans conferendi potestate privetur, *e. grave. de prebend.*  
 Beneficium Clerici detineri potest a Iudice pro debitis, *c. pervenit. de fideiuss.*  
 Beneficia plura non potest quis habere sine dispensatione, *c. dudum. de elect.*  
 Beneficia conferenda a religiosis non possunt suis monasteriis conferri, & si negligant presentare Clericum, Episcopus providebit, *c. sicut nobis. de suppl. negl. Prælat.*  
 Beneficia debent removeri Clerici incontinentes, *c. Clericos. de cobab. Cler.*  
 Beneficium curatum habens vel Prælaturam recipiens sit 25. annorum, *c. cum in cunctis. de elect.*  
 Beneficium obtinens, si literas impetret tacita veritate, non valent literæ, *c. ad aures. & c. in nostra. de rescript.*  
 Beneficia conferat Episcopus, si neglexerit patronus, *c. eam se. de jur. patr.*  
 Beneficium dimittat Clericus uxorem ducens, *c. quod a re. de Cler. conjug.*  
 Beneficium non detur, nisi residere volenti, *c. quia nonnulli. de Cler. non resid.*  
 Beneficium dans, quod non potuit, tenetur alia dare, *c. inter cetera. de prebend.*  
 BIBERE non licet id, quod reliquum est ex eo, quod dæmonibus est immolatum, 26. q. 2. c. sed & illud. §. fin. cum cap. seq.  
 BIGAMI, 27. quæst. 1. c. quotquot.  
 Bigamus ad Sacerdotium promoveri non potest, *c. ut bigami. de bigam.*  
 Bigamus ex dispensatione ordinari non potest, *c. super eo. eod. tit. & ordinator privetur officio, nisi ex dispensatione toleretur.*  
 Bigamus ipso jure est a divinorum celebratione suspensus, *c. de bigamis. eod. tit.*  
 Bigamus non est contrahens cum vidua, si adhuc est incognita, *c. debitum. eod. tit.*  
 Bigamus non est plures habens concubinas, *c. quia. eod. tit.*  
 Bigamus contrahens non debet benedici a Sacerdote, *c. capellanum. de secund. nupt. & c. vir. autem. ibid.*  
 Bigamix poena punitur in sacris ordinibus constitutus, cum vidua contrahens de facto, *c. quia. & c. nuper. de bigam.*  
 Bigami Clerici ipso jure cadunt a privilegio, tonsura, & habitu Clericali, & foro seculari sunt addicti, *Greg. in novell. de bigam. lib. 6.*  
 BLASPHEMIÆ & adjurationes puniendæ, *c. 2. de maleficiis.*  
 BONA fides non patitur, ut bis idem exigatur, *c. bona fides. 83. de reg. jur. in 6.*  
 Bonarum mentium est, ibi etiam culpam agnoscere, ubi culpa non est: quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa, *dist. 5. c. ult. §. fin. cap. consilium. 2. §. cum autem. in fine. de observantia jejuniorum.*  
 Bonos paucos sanctius est, quam multos malos habere, *c. cum sit ars. 14. vers. sanctius enim. de ætate & qualitat. præficiendor.*  
 BONORUM nomine tam mobilia, quam immobilia dicuntur, *c. relatum. de test.*  
 Bona mobilia per Ecclesiam acquisita possunt dari locis religiosis & pauperibus, sive etiam servis, consanguineis, vel aliis post mortem Clericorum: sed alia quocumque modo acquisita, pro voluntate morientium distribuuntur, *c. relatum. de testam.*  
 C.

Qui quoties CADIT, toties refugit, justi vocabulum non amittit, *de pœnit. dist. 3. c. quamvis. §. hoc in fin.*

CALCARIBUS deauratis non utantur Clerici, *c. Clerici de vit. & honest. Cleric.*  
 CALUMNIÆ juramentum post litis contestationem præstat, *c. cum in causa. de juram. calumn.*  
 Calumniæ juramentum præstare recusantis poena, *c. fin. eod. tit.*  
 De calumnia non juratur in causis spiritualibus, *c. literas. eod. tit.*  
 De calumnia jurare non tenetur Clericus alicujus ordinis, *c. inhaerentes. eod. tit.*  
 De calumnia jurari potest per oconomum & per syndicum, *c. in pertractandis. eod. tit. & c. imperatorum. eod.*  
 Calumniæ juramentum in casu requiri potest a Clerico, *c. ceterum. de juram. calumn.*  
 CALUMNIANTES ad vindictam poscit similitudo supplicii, 2. qu. 8. cap. quisquis, 5. q. 6. c. qui calumniam, cum seq.  
 Calumniari præsumitur denunciator non probans quod intendit, *c. 2. de calumn.*  
 Calumniatores Prælatorum puniuntur degradatione, incarceratione, suspensione, *d. c. 2. ibid.*  
 CAMPANAS Religiosi mendicantes plures habere prohibentur, exceptis certis casibus, *c. unico. de officio custodis. in extr. comm.*  
 Campanarum pulsatione cessante, possunt Clerici, interdicti tempore, in cæmeterio sepeliri, qui tamen servantur interdictum, *c. in quod in te. de pœnit. & remiss.*  
 Capanas non licet templariis nec hospitalariis habere, nec pulsare sine consensu Episcopi dioceseos, *c. potentibus. de privileg. & excess.*  
 CANONICUS Episcopo serviens beneficium non perdit, *c. de cetero. & c. ad audientiam. de Cler. non resid.*  
 In Canonicum recepto præbenda debetur, *c. relatum. de prebend. & c. cum super. de concess. preb.*  
 Canonici certum numerum Canonicorum in Ecclesia statuere possunt, *c. in Ecclesia. de institut.*  
 Canonici dignitates Ecclesiarum mutare possunt, *c. cum accessissent. de constit.*  
 Canonicorum numerus non debet ex Laicis suppleri, *c. Ecclesia. de institut.*  
 Canonici dignitatem vel præbendam suppressere propria auctoritate non possunt in suis Ecclesiis, *c. cum accessissent. de constitut.*  
 Canonici regulares Ecclesias parochiales regere possunt, & regulam suam servare debent, ut Episcopo sint subiecti, *c. inter quatuor. de relig. dom.*  
 Canonicorum numerus augeri potest, si facultates augentur, etsi sit Canonicorum numerus statutus, *c. cum M. Ferrar. de constitut.*  
 Canonici non possunt minuere numerum Canonicorum, *cap. ex parte. eod. tit.*  
 Canonicus ægrotans habeat debitam portionem suæ præbendæ, *c. ad audientiam. de Cler. non resid.*  
 Canonicorum correctio in criminalibus pertinet ad Episcopum, *c. irrefragabili. de offic. jud. ord.*  
 Canonicorum numero, juramento & confirmatione Papæ firmato, literæ super receptione non valent, nisi de prædictis mentionem faciant, *c. constitutus. de rescript.*  
 CANONUM origo & numerus Conciliorum exponitur, *dist. 15. in princ. cum c. seq. dist. 16. c. sexta synodus. cum c. sequentibus. usque ad dist. 17.*  
 Canonis definitio, *dist. 3. c. 1. cum duob. seqq.*  
 Canonum divisio, *dist. distinct. 3. c. regula. §. porro canonum.*  
 De Canonibus Apostolorum cavetur, *dist. 16. c. sexaginta. c. Clementis. c. placuit. c. Isidorus. c. sextam. cap. habeo. c. quoniam. Contradicit dist. dist. 16. in princ. cum c. seq. item dist. c. Clementis.*

Canones & decreta Pontificum vim legis obtinent, *c. de constitut. distinct. 11. cap. hoc vestræ. dist. 12. c. videlicet. lum. item 1. quæst. 7. c. si quis. in princ. 25. quæst. 1. c. nulli. c. violatores. c. omne quod. c. prima salutis. c. generalis. c. omnia. c. hæc consona. c. a sanctis. item 25. qu. 2. c. amputato. c. si quis dogmata.*  
 Canon posterior derogat priori, *c. 1. de constit.*  
 Contra Canones recipiens, & dans beneficium, uterque punitur privatione, *c. quia nonnulli. de Cleric. non resid.*  
 Secundum Canones agatur in judiciis, & nemo suo sensu utatur, *c. Canonum & c. ne innitatis. de constitut.*  
 Canones scire debent, qui causam matrimonii tractant, *arg. c. accepisti. de frigid. & malefic.*  
 CANONIZATIO requiritur ad hoc, quod debeat sanctus venerari, etiam miracula faciens, *c. audivimus. de relig. & vener. sanctor.*  
 CAPELLA in præjudicium matricis Ecclesiæ non potest constitui, *c. intelleximus. de op. nov. nunciat.*  
 In capellis possunt esse Canonici privilegiati, *c. cum capella. de privileg.*  
 In Capellis Monachorum populum habentium debet institui, & destitui Capellanus per Episcopum, *c. 1. de capell. Monach.*  
 CAPITE languescente, facilius membra corporis inficiuntur, 6. qu. 1. c. sunt plurimi. §. verum, & c. ex merito. sequuntur enim caput membra, 12. dist. c. non decet. 11. dist. c. nolite. de consecr. dist. 3. c. celebrat.  
 CAPITULI major pars & sanior obtinere debet, *c. ex parte. de his que sunt a maj. part. c. sed pars minor contradicere potest, si habet rationem, c. cum in cunctis. eod. tit. & c. cum inter. 3. de elect.*  
 Capituli assensus requirendus est in institutione vel destinatione personarum, vel dignitatum ab Episcopo, *cap. quanto. de his que sunt a Præl.*  
 Capituli non consentiente, non est rata donatio Episcopi, *c. cum nos. eod. tit. & c. quanto. eod. item c. fraternitatem. & c. pastoralis. de donat.*  
 Item nec pensionem augere potest Episcopus sine licentia Papæ, *c. pastoralis. dist. tit. nec centesimam dare sine consensu Capituli, nisi per Papam, c. Apostolica. eod. tit.*  
 Capituli dissentiente, non tenet donatio Abbatis, *c. ea noscitur. de his que sunt a Præl. sine consensu Cap.*  
 Capituli consensus confirmat donationem Episcopi, *c. pastoralis. de donat.*  
 Capitulum, vacante sede, potest excommunicare, absolvere, judicare & confirmare, *c. abolendam. de hæret.*  
 CARDINALES Papæ in executione officii sacerdotalis coadjutores adstant, *c. fundamenta. 17. vers. decret namque ipsi Romano. de electione in 6.*  
 CARITAS annona, 16. qu. 1. c. revertimini. §. si quando. 16. qu. 7. c. majores.  
 CARNE uri licet, si dies Nativitatis Domini sit in sexta feria, *c. explicari. de observ. jejun.*  
 Carnes etiam in quadragesima, & juniis solemnibus, cum urgens est necessitas, indulgeri possunt, *c. 2. eod. tit.*  
 CASSA est sententia a non suo Iudice lata, *cap. F. & G. 40. de off. & potest. judic. delegat. & rap. at si Clerici. de judic.*  
 Cassatur electio, si ante confirmationem electus ministrat, *c. qualiter. de elect.*  
 Cassatur electio propter defectum scientiæ in electo, *ibidem.*  
 Cassari debent quæ per importunitatem fiunt, *c. tua de prebend. & dignit.*  
 CASTITAS seu continentia voluntaria Deo placet, non necessaria, 33. quæst. 5. cap. tunc salvabitur, circ. medium.

Castitatem servare, est viam arctam, & difficilem ingredi, 28. dist. c. de his, & 33. q. 5.  
 CASTRANS seipsum ex justa causa non est irregularis, *c. ex parte. 3. de corpor. vitar. Sed sine necessitate faciens dispensatur per Episcopum in aliis, sed non in altaris ministerio, c. significavit. 4. eod. tit.*  
 CAUSA, *c. forus. 10. q. causa a casu. & q. causa aut. de verb. signif.*  
 Causa cessante cessat effectus, *cap. etsi Christus. 26. q. quemadmodum ergo Paulus. in fine. de jurejurand.*  
 Prohibita causa, prohibitus quoque censetur effectus, *c. cum quid. 39. de reg. jur. in 6. c. nam concupiscentiam. 4. de constitutionib. ut contra prohibito effectu, omnis ejus causa prohibita censetur.*  
 Causa dicitur insufficienter instructa, lite non contestata, *c. olim. de lit. contest.*  
 Causæ committi debent ei, coram quo secure potest comparere, *c. accedens. ut lit. non contest. non proced.*  
 Causæ non debent remitti ad eos, a quibus appellatum est, nisi partes consenserint, *c. accepta. de appell. tamen quandoque remittitur, c. literæ. de matrimon. contra interdictum Eccles.*  
 Causæ majores ad sedem Apostolicam mittendæ sunt, *c. cum ex illo. de transl. Episc.*  
 Causa continentia dividi non debet, *c. 1. de sequestr. poss. & fruct.*  
 Causa principalis sicut committi potest, ita & incidens, *c. causam. de rescript.*  
 In causa criminali intentata potest constitui procurator, *c. tue fraternitati. de procur.*  
 In causa status, vel liberali non debet procedi eo absente, qui petitur in servitute, *c. inter quatuor. de major. & obedient.*  
 In causis gravibus non cogitur quis invitatus constituere procuratorem, *c. querelam. de procur.*  
 In causa pari potior est conditio primo occupantis, *c. pastoralis. de jur. patronat.*  
 In causis spiritualibus juratur, licet non de calumnia, tamen exceptionibus propositis in eis, *c. literis. de restitut. spoliat.*  
 Causæ non sunt audiendæ tempore nundinarum, *c. significaverunt. de judic.*  
 Causa civiliter tractata, non deducatur ad Judicem Ecclesiasticum, *c. ex parte. de alienat. judic. mutand.*  
 CAUTIONEM standi mandatis Ecclesiæ præstet absolvendus, *c. ad nostram. de jurejur.*  
 Cautionem præstet in possessione existens, cum de jure possessionis dubitatur, scilicet restituendi omni tempore medio recepta, si cadit in causa, *c. suscitata. de in integr. restit.*  
 CELEBRARE divina ubicunque possunt prædicatores & minores, *c. in his. de privileg.*  
 CELLA, *c. privilegium. 4. de verborum significatione. in 6.*  
 CENSURA Ecclesiastica dicitur excommunicatio, suspensio, & interdictio, *c. querenti. 20. de verbor. signific.*  
 CENSUS EX QUIBUS CAUSIS DEBEATUR.  
 Si CENSUS in prædio alicujus constitutus sit per Legatum, indictionem vel similem aliquem modum, debetur. Quod fallit si Ecclesiæ census sit impositus, *c. scientes. 3. c. prohibemur. 7. c. cum Clerici. 11. de censibus. c. præterea. 23. de jure patronatus.*  
 Census ab Ecclesia debetur, si in fundatione Ecclesiæ consensu Episcopi, census ei sit impositus, *d. c. 23. vers. præter antiquos. c. significavit. 13. §. quocirca. de censibus.*  
 Nisi vetus census postea sit auctus, *dist. c. prohibemus. 7. vers. nec*

*neq. veteres, & c. gravis 15. de consil.*

Census ab Ecclesia præritatur, si Episcopus remittendo Ecclesie jura Episcopalia censum ei imposuerit, *cap. constitutus. 6. de religiosis domibus.* non tamen, si Episcopus Ecclesiam a Laicis occupatam illis eripuerit, *cap. Ecclesie de censibus.* neque etiam iusjurandum de persolvendo censu præstitum sit. *cap. significavit. 13. & cap. gravis. 15. eod. tit.*

Si Ecclesie auctoritate superioris census impositus est, debetur, *cap. præterea 8. versio. si Pontificis d. tit.* Nisi nulla iusta causa subdit, *dist. cap. significavit. 13. §. fin.*

Ex præscriptione, ut si multis annis census fiat persoluti, debentur. Nisi Clericus sine auctoritate superioris ex redditibus Ecclesie censum persolverit. *dist. cap. præterea, & c. cum Cler. 11. de censib.*

Neque etiam debentur census, cujus causa ignoratur, *cap. pervenit. 5. eod. tit.*

Census a privata persona impositus personalis est, nec ejus vitam excedit. *cap. præterea illi. de censib.*

Census dicitur personalis, nisi exprimitur, quod sit realis. *cap. veniens. de transact.*

Census novus Ecclesiis non imponatur. *cap. scientes. & c. prohibemus. de censib.*

#### DE PETITIONE CENSUUM.

Censum petens causam exprimere debet, ex qua debeatur. *cap. pervenit. de censibus.*

Census a miserabilibus personis non est extorquendus. *e. licet de censib.*

#### DE SOLUTIONE CENSUUM: QUID, ET QUANTUM DEBEATUR.

Si census annui diversis mensuris soluti sunt, in minori mensura debentur. *cap. ex parte. 18. de censib.*

Solvendi sunt census in antiqua moneta, in qua sunt instituti. *cap. penult. de censibus.* Nisi solutio alterius monete sit præscripta. *cap. olim. 20. d. tit.* Item nisi antiqua moneta in usu esse desierit: tunc enim æstimatio ejus persolvenda. *d. c. penult. in fin.*

Ne ratione census, vel alterius actionis plus debito exigatur. *c. ea, qua de. 12. d. tit. & c. quia plerique 8. de immunitate Ecclesie.*

Census ignorantie solvi non debent. *c. pervenit. de censibus.*

Censum non solvens per biennium amittit rei detentionem. *c. querelam de jurejur.*

Census solutio est subjectionis probatio. *c. omnis. de censib.*

Censum solventes domino Papæ, tales Ecclesie sunt exemptæ. *c. recipimus. de privilegiis.*

Census tempore certo, & certa ex causa debet solvi. *c. pervenit. de censib.*

CERTIORARI ulterius non oportet eum, qui certus est. *c. eum qui. 31. de reg. jur. in 6.*

CESSIO Episcopi quando, & quibus de causis admittitur. *c. nisi, de renunciis.*

Cedere non potest Episcopus auctoritate propria. *c. quanto. de translat. Episc.*

Cedens propter honestam causam iterum potest reassumi. *c. post translationem. de renunciis.*

Cessio sufficientis, & sancti difficulter admittitur. *c. literas. eod. tit.*

Cessionem petens, & impetrans compellitur, si nolit. *c. quidam cedendi. eod. tit.*

CHARITATIS definitio, seu potius descriptio. *de pœnit. dist. 2. c. charitas est. in pr. usque ad §. ergo si charitatem.* item appellatur unctio invisibilis. *d. dist. 2. c. unctio.*

Charitatis divisio in perfectam, & imperfectam. *d. dist. 2. c. Charitas. in quibusdam.*

Dilectio proximi specialiter describitur. *d. c. Charitas est. §. proximos. usque ad dist. §. illi vero plus quam se. item*

*23. §. 4. c. debet.*

de Charitate sui ipsius, seu philantia, quatenus concessa. *d. c. Charitas est. §. corpus nostrum. & ordo charitatis perverlus quis sit. d. c. Charitas est. §. ordinem dilectionis.*

Charitas non excidit, vel deserit nequit. *de pœnit. dist. 2. Charitas, qua. c. radicata. c. Charitas est. in princ. vers. corruptionis neficia. c. Charitas nunquam. c. unctio. c. fides. c. firmum. Contradictio d. dist. 2. c. ut cognoverunt. c. si enim. c. ult. §. Charitati. usque ad fin. & distinguitur regula proposita in charitate imperfecta. *d. dist. 2. c. Charitas est aqua. §. fin. c. super vrbibus.**

Charitas Ecclesie peccata dimittit, ac tenet. *d. dist. 4. c. Ecclesia.*

Sine charitate non remittitur peccatum. *de pœnit. dist. 2. c. 1. §. fin. c. Charitas est aqua. §. sine charitate. §. Amen, Amen. c. ego sum. ibid. dist. 7. c. nullus. §. scriptum est.*

Charitatem habens non peccat. *d. dist. 2. c. 1. §. fin. c. fides Charitas. §. fin. & qui charitatem habet, non sitiet in æternum. d. dist. 2. c. Charitas est aqua, in princ.*

Charitas liberat a mundanis cupiditatibus. *d. dist. 2. c. valida. c. Charitas est. in princ. vers. mors criminum. §. ergo si charitatem. vers. seculi blandimenta.*

Charitas facile peccato resistit. *d. §. ergo si charitatem. §. quantum si ex toto corde.*

Charitas omnia difficilia perficit. *d. §. ergo si charitatem. vers. & omnia. & omnia tolerat. de pœnit. dist. 3. c. ult. §. hæc propter.*

Omnium bonorum radix est charitas. *de pœnit. dist. 2. c. quia radix. & charitas est excellentior via ad Deum. d. c. Charitas est. §. hæc est charitas.*

Bona opera sine charitate non profunt, declaratur *de pœnit. dist. 3. dist. cap. ult. in princ.*

An Charitas sit in reprobis, & iis, qui aliquando peccaturi sunt criminaliter, differtur. *d. dist. 2. c. 1. §. fin. c. si enim. §. fin. c. Apostolus. c. mirandum. c. multi bene. §. 1.*

Charitatis contrarium est odium. *de pœnit. dist. 2. c. tolle charitatem. Hæc de charitate.*

de CHRISTI nomine. *c. 2. §. quia vero. versio. Christus enim. de sacra unctio.*

Christus verus Deus, & homo est. *c. in quadam. 8. de celebrat. Missarum. Clement. 1. in princ. de summa Trinitate. c. cum Christus. 7. de hæreticis.*

Christus Fundamentum est: quo deficiente, deficit id quod est superædificatum. *1. q. c. 1. cum Paulus.*

Christus Panis est vivus, *de consecr. dist. 2. c. Christus.*

Christus quotidie immolatur, cum corpus & sanguis ejus sumitur. *d. dist. 2. c. semel. immolatus. de pœnit. dist. 1. c. potest fieri. §. sicut.*

Semel Mortuus, non amplius morietur, *de consecr. dist. 2. c. semel. Christus.*

Christus pingendus est specie hominis, non agni, *de consecr. dist. 3. c. sextam.*

de Christi gratia, *de consecr. dist. 4. c. gratia. c. antepeculat. cum duobus sequentibus.*

Signum Deitatis in Christo est, quod super eum descenderit & manserit Spiritus Sanctus, *de pœnit. dist. 2. c. querendum.*

CIRCUMSTANTIÆ decem a testibus inquirendæ sunt, *c. cum causam de cessibus.*

Circumstantiis probatur crimen adulterii, *c. literis de præsumpt.*

CITATIO non valet, si plures quam quatuor citantur, *c. nonnulli, de rescriptione.*

Citatio, extra provinciam ultra duas diætas non valet, *ibidem.*

Citatio, si plures conditiones manifeste inconvenientes habeat, non valet, *c. accedens, ut lit. non contest. non proced.*

Citatio ad locum periculosum vel inhonestum non valet, *c. ex literis, de off. Jud. deleg.*

Citatus legitime per suum superiorem, etiam si diocesani

*cesum*

cesum mutaverit, jurisdictioni tenetur respondere, *c. proposuisti de foro compet.*

Citatus ad iudicium debet comparere, & suum privilegium allegare, alias sententia tenet, *c. si duobus, de appellat.*

Citatus a secundo non tenetur respondere, nisi prius sciat jurisdictionem prioris esse revocatam, *c. ex tenore, de rescriptis.*

Citationi rescriptum Papæ est inferendum, *c. præterea, de dilat.*

Citari debet procurator absente domino, & si ille non sit, denunciatur domui ejus, *c. si adversarius, de eo qui mitt. in poss.*

de CIVIUM ornatu & fuce mulierum, *de consecr. dist. 5. c. fucare.*

CLANDESTINUM matrimonium asserentes, vel etiam negantes, non sunt ab Ecclesia compellendi, *c. quod nobis, de clandestin. despons.*

Clandestine contrahentium in gradu prohibito, etiam ignoranter, proles illegitima censetur, *c. cum inhibitis, eod. tit.*

Clandestinum matrimonium carnalis copula sequens ligat, sive de presenti, sive de futuro, *c. 1. eod. tit. & c. is qui, de spons.*

Clandestinus contractus in facie Ecclesie est innovandus, *c. 2. de clandestin. despons.*

Clandestina matrimonia prohibentur. *c. cum inhibitis, eod. tit.*

Clandestinum matrimonium debet probari per virum, *c. si quis, eod. tit.*

Clandestino matrimonio consentiens Sacerdos punitur per suspensionem per triennium, *c. final. §. final. eod. tit.*

Clandestinum matrimonium a contrahentibus publicatum confirmat Ecclesia, *c. quod nobis, eod. tit. nisi rationabilis causa impediatur.*

CLAVIS extravag. Joan. XXII. quia quorundam 5. §. clavis est. *d. tit.*

CLERICUS in conflictu existens promoveri potest, si neminem percussit, & armis potest resistere inimicis suis vim sibi inferentibus, *cap. præsentiam, de Cler. percuss.*

Clericorum nomine Canonici intelliguntur, *c. cum tibi, de verbor. significat.*

CLERICORUM OFFICIUM.

Clericus sine consensu Episcopi, alterius jurisdictioni se non subiciat, *c. significasti, de for. compet.*

Clericus comam non nutriat, eam nutriens invitus tondeatur, *c. Clericus, de vit. & honest. Cler.*

Clericus iudicio seculari se non subiciat quoad pœnam, & percipiens sic est excommunicatus, *c. contingit, de sent. excomm.*

Clericus Laico in temporalibus non ministret, *c. Sacerdotibus, & c. sed nec. ne Cleric. se negor. secul. immisc.*

Clericus alterius diocesis ad ordines non transeat, nec recipiatur sine literis sui Episcopi, vel Papæ. *c. fraternitatis, de Cler. non resign.*

Clerici canes vel aves ad venandum non habeant, *c. 2. de Cler. venas.*

Clerici officia sive commercia secularia non exercent, *c. Cler. 2. de vit. & honest. Cler.*

Clericus in sacris ordinibus constitutus non debet esse tabellio in causa criminali, *c. sicut te. ne Cler. se negor. secul. immisc.* nec causam vel iudicium sanguinis agitet, vel literas scribat vel dictet, *c. Cler. eod. tit.*

Clericus prælaturam vel curam habens animarum, vel Sacerdos, Physicam vel leges non audiat, alias, si intra duos menses non redierit, est excommunicatus, *c. super specula, ne Cler. vel Monach.*

#### PRIVILEGIA CLERICORUM.

Clericum tenens in vinculis solum est excommunicatus, *c. neper a nobis, de sentent. excomm.*

Clericum verberans privatim etsi non sit convictus, a Papa absolvendus est, *c. porro, de sent. excomm.*

Clerici ad iudicium seculare non trahantur, *c. qualiter, de jud. nec a secularibus condemnentur, sed coram Iudice Ecclesiastico tractentur causæ eorum, c. nullus, de foro compet.*

Clericus a Laico iudicari non debet, nisi depositus, *c. Cler. de judic.*

Clericus de calumnia jurare non debet, nisi per alium, nec religiosus irrequisito superiore, vel Clericus inconsulto Episcopo, *c. 1. de juram. calumn.*

Clericum percutiens quis vel se expurget, vel absolvat, alias quasi excommunicatus habetur, *c. cum desideres, de sentent. excomm.*

Clericus absens potest per alium de beneficio investiri, *c. accedens, de Præbend. & dignis.*

Clericum verberans Papam adeat, nisi sit intra annos puberes, *c. super eo, 2. de sentent. excomm.*

Clericus moriens potest conferre bona sua intuitu personæ cui vult, & etiam alia mobilia servis vel cognatis, vel piis locis, *c. sed hoc, de success. ab intest.*

Clericorum percussoribus faventes, vel liberare nolentes, cum manifesto possint facinori obviare, & non faciunt, incidunt in Canonem, *c. quanta, de sent. excomm.*

Clericus potest convenire Episcopum coram Metropolitanano, *c. sollicitudinem, de appellat.*

Clerici depositi non statim debent tradi iudicio seculari per Episcopum, *c. as si Clerici, de judic.*

Clerici tempore interdicti possunt sepeliri in cœmeterio, si interdictum bene servarunt, *c. quod in re, de pœnit. & remiss.*

Clerici de bonis Ecclesie subvenire non debent iudicibus secularibus sine licentia papæ, nisi in necessitate, *c. non minus, & c. adversus, de immunit. Ecclesiar.*

Clericus furem in foro seculari potest convenire civiliter, sed non criminaliter, *c. Henricus, de Cleric. pugna. in duell.*

Clerici possunt poni in locis religiosis, si defuerint regulares, *c. inter quatuor, de religiof. domib.*

Laicus Clericum capere potest tantum de mandato Prælati sui, alioquin excommunicatur, dummodo etiam non excedat, nisi quantum rebellio exigit defendentium, *c. ut fama, de sent. excommunic.*

Clericis in sacris ordinibus constitutis non debet poenitentia publica injungi, *c. questum, de pœnitent. & remiss.*

Clericus Laico fidelitatem jurare non tenetur, nisi aliud quod temporale teneat ab eodem, *c. nimis, de jurejur.*

CLERICI QUOMODO PRIVILEGIA SUA AMITTANT, VEL ALIAS PUNIANTUR.

Clericus negoria secularia exercens, amittit privilegium Clericale, *c. ex literis, de vit. & honest. Cleric.*

Clericus fur auctoritate superiori ligari potest, & torqueri usque ad restitutionem, *c. gravis, de deposit.*

Clericus post trinam admonitionem a suo Episcopo, arma portans habitu Clericali relicto, non gaudet privilegio Clericali, *c. in audientia, de sent. excomm.*

Clericus verberari potest per superiorem disciplinæ causa, similiter Monachus & Conversus, vel Clericus per Clericum, vel Monachus per Monachum de mandato ejus, *c. universitatis, de sentent. excomm.*

Clericus habitum, & tonsuram dimittens non debet defendi ab Ecclesia, *c. præterea de Apostol.*

Clericum guerram, & seditionem facientem interficiens,

